

Universitätsbibliothek Wuppertal

Sexti Julii Frontini, Viri Consularis, Quæ Exstant

Frontinus, Sextus Iulius

Amstelodami, 1661

Textkritische Anmerkungen (Johann Friedrich Gronovius)

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1185)

quam hætenus legi. Locum Taciti habes Histor. lib. IV. Interea Vespasianus iterum ac Titus Consulatum absentes inierant, mæsta ac multiplici metu suspensa civitate, &c. Addit deinde, Kal. Januar. in Senatum quem JULIUS FRONTINVS Prætor Urbanus vocaverat, &c.

JOHANNES FREDERICUS GRONOVIVS
ROBERTO KEUCHENIO,

Viro Eximio S. P. D.

Ieriæ sunt & publicæ privatæque scholæ dant respirare. Licet jam dare operam amicis, licet meminisse & FRONTINI tui, quando eum frivolis nostris putas juvari. Lib. I. cap. V. num. XXVI. qui deducti frequentiori mugitu speciem remanentium præberent hostium. Stevvechius conjicit, qui edito. Ego malim, qui relicti. Cap. VIII. num. IX. Scipio Africanus ad excipienda auxilia cum comæatibus, Hannibali Venticium Ternum dimisit, ipse subventurus. Fortassis: ad excipienda auxilia cum comæatibus Hannibali venientia Minucium Thermum immisit. Est enim Thermus Minucia gentis cognomen. Cap. XI. num. II. ut præsentari merces proditoribus posset. Scripsit haud dubiè auctor representari. Vide de pecunia veteri. Lib. II. cap. I. num. XI. interfectis omnibus impedimentis. Scriverius interceptis. A quo illum absterre debuit Stevvechius ad hunc locum. Adjiciemus ejus observatis pondus, ne in posterum negligantur. Impedimenta igitur non modo sunt farcinæ, sed interdum vehicula cum farcinis & jumentis; aliquando ipsa jumenta. Cæsar lib. 7. cap. 45. de bello Gallico: prima luce magnum numerum impedimentorum ex castris mularumque produci, èque iis stramenta derrahi, mutationesque cum cassidibus equitum specie ac simulatione, collibus circumvehi jubet. Ubi malè Ciaccornius, jumentorum. Lib. I. de bello civili: desiderati sunt eo die sagittarii circiter ducenti, equites pauci, calonum atque impedimentorum non magnus numerus. Curtius lib. IX. c. X.

Quintus

lib. IV.
ues me-
c. Addit
FRON.
VIUS
respi-
memi-
rivolis
XVI
rabe-
alim,
l exci-
n Ter-
a au-
Ther-
ogno-
roribus
de pe-
omnibus
bsterre-
jus ob-
dimenta
ula cum
r lib. 7.
numerum
eque ris
m specie
Ciacco-
ti sunt eo
m atque
IX. c. 5.
Quintus

Quum India profecti, sicut erat imperatum, equorum jumen-
torumque jugalium vini ingentem ex omni, qua sub imperio
erat, regione mississent, quibus deerant impedimenta, restituit.
Ubi pari errore Freinshemius conjicit, ad impedimenta: ut
intelligentur equi & jumenta ad impedimenta vehenda. Qua-
si hi equi & jumenta non sint ipsa impedimenta. Tacitus I.
Annal. cap. XLV. ut jam jamque iturus, legit comites, con-
quisivit impedimenta, adornavit naves. Non sunt sarcinae, ut
idem Freinshemius interpretatur: neque enim illæ conqui-
ri dicuntur, sed jumenta & vehicula. Suetonius hoc ipsum
dicit, vehiculis comprehensis, cap. 38. Eidem sic impedimen-
ta, Caligula cap. LI. propere versus ad pontes, ut eos calonibus
& impedimentis stipatos reperit. Lege XXVIII. Cod. Theo-
dosii de erogatione militaris annonæ: *A Provinciarum*
rectoribus caveatur, ut tam numeris quam familiis, nec non
& impedimentis, præter eas annonas, qua adarantur, id tan-
tum in specie tribuatur. Hoc est, militibus, servis, jumen-
tis. Frontini lib. II. cap. III. num. XVIII. intraque eos, ap-
propinquantibus quadrigis, ante signa nostra aciem recepit.
Lego, quadrigis, antesignanorum aciem recepit. Eodem cap.
num. XXIII. jussit suos equites, simul atque ad impedimenta
ventum esset, equis disilire. Nullus hic locus impedimen-
tis. Scribe: simul atque ad impedita ventum esset, id est,
ad silvas. Sic cap. II. planiciem, in qua dimicaturus erat,
arboribus prostratis impediuit. Sequitur in eodem loco:
quo genere consecutus est, ne quis non locus ejus victoriam
miraretur. Scripsit auctor: ne quis locus ejus victoriam
moraretur. Ut ille: pugna nodumque moramque. Sed hoc
video præcepisse Modium. Cap. IV. num. II. *F. Rutilius*
Maximus quarto consul in Samnio. Immo *Fabius Rullianus*
Maximus. Num. IV. *Attilius Glabrio Consul.* Immo *A-*
cilius. Mox: *M. Porcius Cato,* qui tum tribunus militum
à populo factus in exercitu erat. MS. codex: qui tum, jam
consularis, tribunus militum. Adtulpantur Plutarchus &
Livius, hoc differentes, quod ille *κατασκευασε*, hic consula-
rem legatum adfuisse Acilio scribit. Num. XII. *Cresus præ-*
valido hostium equitatu camelorum gregem opposuit. Utrum

error est auctoris, an scripsit: *Cyrus prevalido hostium equitatu.* Cyri enim hoc ingenium, & ei camelorum copia: hostis autem ejus Cræsus & Lydi, teste Herodoto. Cap. V. num. II. *non aciem tantum superavit, sed etiam castris exsivit.* Lego, *acie.* Eodem cap. num. XXIII. *ut ad primum nostrum incursum per nota refugerent vada.* Lege ex MS. *nostrorum.* Statim: *Hos consul & adortus temere & secutus, jejunum exeratum in maximo frigore transitu fluminis rigere fecit.* Idem MS. *in maximo frigore transitu fluminis rigefecit.* Verbum elegantissimum, dignissimumque, quo sermo Latinus augeatur: sic dictum, ut *calescere, frigesfacere.* Eodem cap. num. XXIX. in fine: *utrumque ex sententia cessit.* Additur in MS. *namque ad fortuitum incendium sine armis procurrentes adortus cecidit.* Quod quanti sit æstimabis. Num. XXXI. *cum deinde Pompejani securi servatque pabulo de reditu cogitarent.* MS. *curatque.* Neutrum satis placet. Mallem *gravatque vel satiatis.* Num. XXXVI. *adeo debellavit, ut destituti Labieno provincia excederent Parthi.* Lege, *destituti,* id est, destituentes & deferentes Labienum, ducem eum adversus Romanos sequi jam recusantes. Num. XLIV. *Alcibiades dux Atheniensium in Helle-sponto adversus Numidarum & Lacedæmoniorum ducem.* Scribendum, *adversus Mindarum Lacedæmoniorum ducem.* Cap. VII. num. XII. *Quo instinctu assecutus est, ut protenus barbari tollerentur.* Scribo: *pellerentur;* inde scilicet, ubi obfidebant aquationem. Cap. IX. num. V. *in quendam ex Megistanis, quos ceperat, animadvertit.* MS. *edebat: in Vodundum ex Megistanis.* Quasi nomen id Satrapæ esset. Ceterum eodem genere loquendi cap. XI. num. I. MS. *quam obfides è principibus acciperet,* hoc est, quosdam principum. Vulgò *à principibus.* Sed avocor, & jam clamant alii, sibi quoque me servire oportere. Itaque vale & his frucere, & si quid horum ab aliis anticipatum est, pro non dicto à me dissimula. LUGDUNI in BATAVIS a. d. III. Cal. Januar. Gregor. clb Idc. Lxi. anni, qui tibi feliciter nascatur, & decurrat.